

- si ipsi cum sint ditiores pauperibus eas non distribuam, nec recte officium commissum exequantur, nec sint quales oporteat.
- 139 Parochiani iure naturali & diuino tenentur exhibere oblationes Presbyteris ministrantibus spiritualia, si non habent, unde possint necessaria ministrare: alias secus, nisi stante consuetudine, vt in num. 140. & ita est intelligenda gloss. in cap. sanctorum, 10. quest. 1. vt in num. 152.
- 140 Consuetudo offerendi clericis, vel aliquid eis dandi tempore quo mortuos sepeliunt, vel tempore velationis, vel consecrationis Episcoporum, valida est, & laici ab Episcopo compellendi sunt eam obseruare, & n. 141.
- 142 Oblationes, qua fiunt ex consuetudine, etiam dinitibus & habentibus decimas fieri possunt.
- 143 Consuetudo decem annorum sufficit ad praedicta, diuinae praetio.
- 144 Consuetudo ex actibus voluntatis inducitur in fauorem Ecclesiae.
- 145 Sub legato alicui factio eius, quod vium testator praestabat, ea videtur relicta, quae certam formam erogationis animae, non incertam liberalitatis voluntatem habuerunt.
- 146 Oblationes debite Parochis occasione paupertatis seu consuetudinis, sunt voluntariae quoad quantitatem & speciem rei oblate.
- 147 Interdicta possessoria an competant & dentur pro iuribus annuis mere personalibus?
- 148 Consuetudo offerendi in Ecclesia clericis ad hoc, vt laicos obliget, & possint compelli ad obseruantiam ipsius, primo requiritur, quod gratis, pure & simpliciter, nulla necessitate cogente vel passione obulerint: secundo, quod oblatum sit certum, taxatum tamen arbitrio offerentium, non vero Rectoris Ecclesiae, vt in n. 149. tertio, quod totus populus, vel maior pars persisteret in seruando praedictam laudabilem consuetudinem, vt in num. 150. & num. 151. referitur casus practicum circa praedict. contingens.
- 151 Spiritualia non sunt deneganda laicis propria auctoritate sub praetextu cessationis ab oblationibus, sed ministranda prius sunt liberè, & postea compellendi ad praestandas oblationes.
- 154 Oblationes an necessario sint faciendae nec ne ministro spiritualium, qui ex aliquo artificio particulari possit victum quaerere. n. 155. Quid in vicario absentis, qui pingues redditus ab Ecclesia percipit.
- 156 Consuetudo quod clerici laici candelas cera offerant Ecclesiae in die Purificationis, an sit valida? & n. segg.
- 157 Consuetudo, vt rustici non teneantur soluere decimas, nisi curatus eis praestet aliquid, non valet.
- 158 Consuetudo, quod Presbyteri teneantur dare in Paschate suis parochianis agnum Paschalem, vel aliud, an valet.
- 160 Consuetudo luctus a danda Episcopo vel Parocho, an sit valida. Et quid in veste scissa existente penes factorem, nondum sua nec completa, ibid. n. 161.
- 162 Oblationes factae imagini pictae in muro Ecclesiae Parochialis ad quem pertineant. Resoluitur cum communi ad Rectorem pertinere, non vero ad Episcopum loci.

CAPVT XXI.

De decimis, quo iure debita sint, & aliis in materia & praxi frequentibus.

Decimas ¶ iure diuino & naturali institutas esse, auctoritatibus vtriusque paginæ, ratione natu-

rali & assertione praeterea Sanctorum virorum comprobati potest. In primis lege veteri probatur Gen. 14. & 28. ibi: *Sanctorum, quae dederis mihi, decimas offeram tibi.* Et Exod. 22. ibi: *Decimas & primitias tuas non tardabis offerre.* Et cap. 23. *primitias frugum terrae tuae deferes in domum Dei tui.* Et Leuit. 27. ibi: *Omnes decimae terrae, sive de pomis arborum, sive de frugibus, Domini sunt, & illi sanctificantur: & ibi: Omnium decimarum, bonae & ovis, & caprae, quae sub pastoris virga transiunt, quicquid decimum venerit, sanctificabitur Domino.* Et Num. 18. *Filius Leui dedit omnes decimas Israel in possessionem pro ministerio, quo seruiunt mihi in tabernaculo foederis: Primitias autem quas voverint & obtulerint filij Israel tibi dedi, & filius tuus iure perpetuo.* Et Deut. 12. *Illuc omnia, quae praecipio, conferetis holocausta & hostias ac decimas & primitias manuum vestrarum.* Et Tob. 1. *Omnia primitia sua & decimas suas fideliter offerens, Et Eccles. Non minus primitias manuum tuarum: In omni dato hilariter fac vultum tuum, & in exultatione sanctifica decimas tuas.* Et Malach. 3. *In decimis & primitiis, &c. idem probatur in cap. parochianos, de decim. ibi: Quod decima non ab homine, sed ab ipso Deo instituta fuerunt, & in cap. cum non sit, & in cap. tua nos, ibi: Si decima, quas Deus in sequum vniuersalis domini sibi reddi praecipit, & in c. quibusdam, §. ille quippe, ibi: Ex lege diuina, & in c. in aliquibus, §. vlt. cod. tit. de decim. & in c. omnes decimae, 16. q. 7. & in c. 1. de decim. lib. 6. vbi Roman. Pontifex admonet, ac maxime prohibet, ne concionatores in publicis sermonibus quicquam populo praedicent, quo eum ad decimarum solutionem auertant: & excommunicationis poena adiecta constitutio illa confirmatur in clem. 2. vlt. de poenit. Idem comprobatur auctoritate D. Hieron. in cap. 1. de decimis, in decret. id quod & alij quam plures viri sanctitate illustres conati sunt probare, vt Gratian. refert 16. quest. 7. & 16. quest. 1. in cap. reuertimini. Sed & lege gratiae idem suaderi potest approbatione Christi apud Matth. cap. 23. *Vae vobis Scribae & Pharisei hypocritae, qui decimarum mentham & anethum & cyminum, & reliquias, quae grauiora sunt legis, iudicium & misericordiam & fidem: haec oportuit facere, & illa non omittite.* Et Luc. 18. *Decimas de omnium, quae possideo.**

Iuris naturalis praeterea ratio dicit, decimas Ecclesiarum ministris esse soluendas, cum hi laborent iuxta spiritualium administrationem, animarumque fidelium curam exercent, ac pro plebe ipsa Christiana sacrificia offerentes, summo opere preces quotidie effundant. Digni igitur sunt mercede sua, veluti legitime operantes in vinea Domini, Matth. cap. 10. Luc. 10. 1. ad Timoth. 5. 1. ad Corinth. 9. cap. cum secundum de praebend. cap. 1. §. bis itaque, 13. quest. 1. cap. ex his, 12. q. 11. quod latius probat, ac curioso prosequitur Didac. Couar. lib. 1. var. resol. cap. 17. in princ. versio. consequitur, ibi: *Quatro iuris naturalis ratio.*

Haec ¶ autem decima multiplici ratione praecipitur a Deo, vt commemorat Alfonso in Cast. lib. 5. aduersus haereses, in princ. verbo, decima, & latè Petr. Rebuff. in tract. de decimis, quest. 2. & ante eum Domin. de Soto lib. 9. de inst. & iur. q. 4. art. 1. per res. Prima, vt sitibus in domo Domini ad sustentationem eorum, qui in eius domo sunt, vt Malach. 3. Dicitur enim fuerat in lege: *Nihil aliud possidebunt, decimarum oblatione contenti, in casu & eorum necessaria separati.* Numer. 18. Secunda causa est, vt seruiant in templo & orent Deum pro populo, vt ibidem probatur. Tertia causa est, vt vacent legi Dei, & populum doceant, 2. Paralip. 31. Vnde Apostolus 1. Corinth. 9. *Si seminamus vobis spiritualia, magnum est, si nos carnalia vestra metamus?* Quarta causa est, propter pauperum egestatem; Non enim propter solos ipsos Sacerdotes decima-

mae illis redduntur, sed etiam propter pauperum necessitatem: vnde Augustinus ait: *Decima ex debito requiritur: qui eas dare noluerit, res alienas inuadit: & quam pauperes in locis suis, vbi ipse habitat, ille decimas non dante, mortui fuerit. sanctorum homicidiorum reus ante aeterni iudicis tribunal apparebit, quia rem a Deo pauperibus delegatam, suis vitijs reseruat.* Hinc forsan l. 2. in princ. tit. 5. lib. 1. *Nona Collect. Reg. inquit, quod decimae sunt ad sustentationem Ecclesiarum, Praetatorum, ac ministrorum earundem, & pro ornamentis & eleemosyna pauperum tempore egestatis, &c.*

Tandem ¶ quod decimae etiam hodie iure diuino & naturali debentur, tenent communiter Canonistae ex supradictis fundamentis, & praecipue gloss. Archidiacon. Anchar. & alij in d. cap. 1. de decimis, in 6. Innoc. cap. vlt. de paroch. Cardin. & Ioan. Andr. in rubr. de decim. Hostien. in sum. cod. tit. §. & vtrum, versio. septimo queritur, idem Ioan. Andr. in cap. a nobis, de decimis, Anton. de Butr. in d. cap. parochianos, col. 2. Abb. in cap. in aliquibus, col. vlt. eodem tit. de decimis, Alexand. consil. 60. lib. 4. Andr. Hispan. de reg. decim. quest. 8. num. 3. est communis secundum Philip. Franc. in d. cap. 1. n. 1. de decimis, in 6. dicit communem plures allegans Menchaca lib. 2. controuersiar. illustrium, cap. 89. num. 1. Eandem opinionem latissime probat Rebuff. in tract. de decimis, q. 1. n. 2. cum segg. praecipue n. 10. & 14. vbi existimat, decimam esse de iure diuino institutam, dictante ratione naturali, & populum teneri de nouo iure Evangelij ad soluendum decimam, ex Matth. 23. & Luc. 11. supra, relatis, & Matth. 22. *Reddite, quae sunt Caesaris, Caesaris, & quae sunt Dei, Deo: & quia decimae erant Dei: Igitur renouate: Quare secundum ipsam de iure diuino, dictante ratione naturali, decimae inuentae sunt: a iure vero Canonico forma & declaratio est facta, & quod omnes decimae, & personales, & reales, sint integre persolueandae, probat latè pluribus auctoritatibus veteris & noui Testamenti, Innoc. in cap. fin. n. 2. de paroch. vbi n. 3. inquit, ¶ esse quasi infanos & haereticos eos, qui admittere decimas personales non esse dandas, qui quidem auctores non tantum decimas praediales, sed ¶ etiam personales iure diuino & naturali deberi absque vlla distinctione probantur, & praecipue Innoc. vbi supra, q. 7. dicens, verum & Catholicum esse, asserere, tam praediales, quam personales decimas ad commendatam fuisse: idem probauerat ipse ibid. q. 5. ex illo Matth. 22. *Reddite, quae sunt Caesaris, Caesaris, & quae sunt Dei, Deo: Nam Deus id intellexit, secundum ipsam, de praedictis decimis personalibus & praedialibus Ecclesiae debitis.* Idem constat ex latè adductis in proposito per Rebuff. vbi supra, n. 11. & segg. & per D. Didac. Perez in l. tit. 5. lib. 5. ordinament. colum. 194. tametsi Hostiensis vbi supra, & Henric. in cap. peruenit, colum. 5. de decimis. Abb. in cap. de cetero, n. 8. eodem tit. Archidiacon. in cap. quicunque, colum. 1. num. 8. 16. quest. 7. & Felin. in cap. causamque, colum. 1. num. 1. de praescrip. diuersum existimant in istis decimis personalibus, nempe, iure tantum humano eas debitas esse, non vero diuino: & hoc communi vix receptum esse asserit Cardin. in d. cap. 1. vt refert Didac. Couar. dicit. cap. 17. in princ. versiculo, & praeter has rationes, ibi: *Si tamen qui hac, &c.**

De ¶ primitiis eiusdem iuris diuini esse videtur dicendum, cuius sunt decimae, vt ex supradictis patet, in cap. reuertimini, in princ. ibi: *In decimis & primitiis, 16. quest. 1. & probat gloss. in cap. Ecclesias, verb. & primitias, 13. quest. 1. Didac. Perez vbi supra, col. 195. in versio. pro praedictorum, &c.*

Hic ¶ tamen omnibus non obstantibus, Theologi communiter tenent, decimas etiam praediales, licet in genere iure diuino ac naturali debeantur, iuxta tamen

veram & praecisam decimae partis assignationem iure tantum humano & Pontificio statutas esse, non vero diuino Evangelico, nec naturali. Primum, quia ratio naturalis non magis dicit, ministrantibus spiriti ualia dandam esse decimam partem, quam in nouam, octauam, vel aliam minorem. Secundò, quia sub lege Evangelica, ea solum lege diuina tenentur seruare, quae a Christo Iesu etiam per eius Apostolos nobis praecipita sunt, iuxta illud Matth. vlt. *Dicemus eos seruare omnia quaecumque mandauit vobis, & Paulus Actorum 12. Non subterfugi, quo minus ammuiciarem vobis omne consilium Dei.* Sed de soluendis decimis, nec in Euangelis, nec apud Apostolos vllum est praecceptum: Igitur lege diuina gratiae non tenentur decimas quoad quotam soluere, Tertio, quia secundum Sanctum Thomam ceteris receptum 1. 2. q. 108. art. 1. & 2. quodlibet. 4. art. 3. nullum ¶ praecceptum continetur in lege Evangelica, quod non sit naturalis iuris, exceptis de Sacramentis atque 8. fidei praecipis, iuxta illud, *Ingenium meum suauis est, & vni meum leue.* Praecceptum vero de solutione decimarum, nec ad Sacramenta, nec ad fidei articulos attinet: Ergo colligitur id in Evangelica lege non contineri. Quarto, quia si decimae essent iure naturali aut diuino Evangelico inductae, minime possent consuetudine diminui, vt patet: & nihilominus consuetudine eas posse minui, probat text. planè intellectus in cap. aliquibus, §. vlt. de decim. & infra latius dicemus: Ergo, &c. Quintò, quia eodem iure, quo decima fuit inducta atque praecipita plebi Israeliticae ad alimèta Leuitarum, fuit idem eidem praecceptum, vt decimam decimarum Summo Sacerdoti solueret, vt cauetur Num. cap. 18. Haec tamen decima decimarum sub lege Evangelica non debetur iure diuino Summo Pontifici, nec ei soluitur: Igitur nec decima a laicis clericis soluenda, hodie praepro legis gratiae Evangelicae, debetur. Quibus rationibus hanc secundam sententiam in specie probauerunt Hugo de Sancto Victore lib. 1. de Sacrament. part. 11. cap. 4. & 11. & S. Thom. 2. 2. quest. 87. art. 1. per totum, & quodlibet. 2. art. 8. Adrian. quodlibet. 5. art. 1. Florentin. in sua summa, 2. part. tit. 4. cap. 3. §. 5. Angel. in sua summa, verbo, decima, quest. 2. Syluest. eodem verbo, decima, quest. 3. & 4. & Toftatus super Mattheum, cap. 23. quest. 63. & alij communiter, quos refert Didacus Couaruias vbi supra, in versio. praeterea decimas, & esse hoc receptum a Theologis aduersus Canonistas, testatur Castro vbi supra, versio. verum haec, &c. & iterum de potestat. leg. panal. lib. 1. cap. 10. circa finem, versio. sed quia praecceptum illud, colum. mibi 1645. in magnis, & Martin. Natur. in apolog. de reddit. Ecclesiarum q. 1. monit. 69. in princ. ex n. 1. & specul. coniug. 2. part. art. 21. pag. 433. & Magister Aragon. super Thom. vbi supra, dicit. quest. 87. art. 1. pag. 948. cum segg.

Quid ¶ tenendum in re summe difficili ac controuersa? Ego profecto existimo, pro vera resolutione tenendum esse cum Theologis supradictis, declarando, vt ex ipsis constat atque colligitur, iure naturali & diuino legis Evangelicae clericis spiritualia ministrantibus debitam esse a laicis eam partem fructuum, quae ad eorum alimentum, congruamque sustentationem necessaria sit in laboris impensis iustam mercedem, iuxta illud Lucae 10. *Dignum est operarius mercede sua.* & 1. ad Corinthios 9. *Nemo suis stipendijs militat nunquam, quod Innocentius Tertius in eandem sententiam citat in cap. cum secundum Apostolum, de praebend. Et qui altario seruiunt, de altario viuere debet; vt haec & alia plura in proposito congerit decisio Pedemontana 99. numero 12. Et ex hac parte praecceptum hoc naturale & diuinum in lege veteri moralium numero comprehensum fuit, non vero quota ipsa decimae, sed specificatio*







Quarum ratione fragiles sunt, & in vers. praterea, & n. a. in vers. ceterum, late vt praxidimus, probat contrarium: Eo enim hoc preceptum inter moralia referri nequit, quod moralia natura iubet, quae tamen non decimam potius, quam undecimam vel nonam partem praecepit.

Non obstant modo auctoritates legis gratia supra adductae pro comprobatione opinionis Canonistarum, Matth. nemp. 23. & Lucae 18. ibi namque Dominus ac Redemptor noster non definit quotam decimae, nec eam praecepit, sed tantum decimas in genere approbavit, quod non negamus, de iure nempe Evangelico eas esse quoad eam partem, quae ad congruam & honestam sustentationem ministrorum Ecclesiasticorum necessaria sit, vt praxidimus atque probauimus.

23. Praterea t illud Matth. supra relatum, *Va vobis Scribae & Pharisei hypocritae, qui decimas membrum & anethum, &c.* ad tempus praeceptae legis magis referendum censetur, secundum illud Hilarij super Matth. Decimatio illa olerum, qua in praefiguratione erat utilis, non debeat amitti: Ergo tempore gratiae dissolutum est nobis decimarum iugum, ita Domin. a. Sot. lib. 9. de iustis & iur. quest. 4. art. 1. vers. quod enim Dominus.

24. Non t etiam obest, quod Romanus Pontifex in iuribus pro priori parte allegatis, item & Hieronymus, Augustinus, Ambrosius & ceteri viri doctrina & sanctitate illustres testimonijs veteris Testamenti in hac controuerfia vtantur, quibus probent, decimas ab ipso Deo institutas ac praecipuas fuisse: id liquidem ideop faciunt, vt ostendant, Ecclesiam eiusque Principem legem a Deo Israelitis datam imitatos fuisse, quod facere potuerunt, iuxta a nobis tradita supra in versiculo in super sciendum est: ita Sot. vbi supra, in vers. tercia conclusio, & Couar. vbi supra, ante num. 2. vers. quamobrem: si que quoad quotam exemplatiter, id est, ad exemplum legis veteris id statuerunt, non tamen quoad vim obligatiuum legis veteris, quae vt praxidimus, cessauit per aduentum Christi, & promulgationem nouae legis, secundum Caiet. super Thom. 2. 2. quest. 87. art. 1. & Andrian. d. quod ib. 5. & nuncupatim. Sot. vbi supra, in vers. aliud autem, & in respons. ad primum, in vers. sed si qua, ibi, vel si de quora, & Didac. Perez vbi supra, column. 195. in vers. his tamen, & in vers. potestatem, & quod Ecclesia eandem debuerit imperare quotam, probat Sot. vbi supra, in 3. conclus. in vers. sed quod eandem, &c.

25. Ex t supradictis omnibus plura in praxi satis vtilia deducenda erunt: & primo, Papam posse decimam in octauam, duodecimam, aliamve partem reducere: Cum enim quoad quotam decima sit iuris positiuum, vt probauimus, poterit a Summo Ecclesiastico pastore minui & ampliari, iuxta doctrinam Innocent. in cap. cum ad monasterium, de statu Monach. gloss. & Dd. in cap. proposuit, de concess. praebend. quia eius est tollere, cuius est condere, l. 3. ff. de re iud. l. cum est molle, ff. de reg. iur. ita tenent S. Thom. quodlib. 2. artic. 8. & D. Couar. d. lib. 1. var. resol. cap. 17. num. 8. vers. scribit Ecclesiam, & Did. Perez in d. l. 1. column. 196. vers. hinc est.

26. Imo t & Papa ex iusta causa aliquos eximere potest a solutione decimarum, illique decimas in aliquibus remittere, vt in cap. a nobis, de decim. vt concessit Cisterciensibus & multis alijs religiosis, propter eorum insignem vitam, vt non soluant decimas laborum suorum de terra, quas proprijs manibus vel sumptibus colerent: Imo etiam aliquas possessiones, vt videmus in hortis religiosorum, quos a solutione

decimarum eximit, cap. ex parte, cl. 1. de decim. & idem in hortis leproforum, cap. nuper, de Eccles. adificand. Interdum etiam priuilegium concedit monasterio & suis membris, de quo in cap. sin. vt hic pendet. sicut t concessit fratibus mendicantibus, & Societati Ielij, vt deduximus in nostro consil. 5. quod facere potest, secundum Henric. & Dec. eoque refert Petr. Rebuff. de decim. quest. 13. num. 103. cum segg. Didac. Perez vbi supra, col. 196. ibi: Ex quibus deducitur, & col. 106. Et t quod possit Romanus Pontifex ex iusta causa quibusdam hanc obligationem solvendi decimas remittere; tenet gloss. in d. cap. a nobis, verbo, exemptus, de decim. vt omnes concordia iudicio hoc receperunt, & eos sequutus est Dec. consil. 113. n. 2. & 3. Socin. consil. 297. num. 4. vol. 2. vbi dicit, illam gloss. communiter approbari & D. Couar. id probans pluribus iuribus, & l. 23. tit. 21. part. 1. d. lib. 1. variat. resol. cap. 17. n. 9. Dicit etiam communem Menchac. lib. 2. controuer. illustr. cap. 89. num. 11. & nos d. consil. 5. num. 8.

Hac t tamen prima deductio cum ei adiectis intelligenda est, dum tamen id, quod iuris naturalis est, sit semper superstes & saluum, nempe, vt aliunde Ecclesiarum ministris pro sua dignitate & munere alimenta suppectant, reliquaque vitae subsidia; Hoc enim nulla desuetudo vel dispensatio violare potest: Quamuis enim ea, ex parte, qua decimae iure humano debita sint, per priuilegium sedis Apostolicae ex iusta causa remitti aut moderari possunt, ex qua tamen parte iure naturali vel diuino Evangelico ipsae decimae Sacerdotibus debentur, iuxta communem resolutionem Theologorum praedictam, quam sequimur, non possunt a Summo Pontifice tolli: ideoque t potest ritualibus remittere obligationem soluendi decimas, non autem tollere omnino & vniuersaliter praecipuum de decimis soluendis, vt bene probat D. Cou. d. cap. 17. num. 9. & ante eum breuiter idem tenuit Domin. a. Sot. d. lib. 9. de iustis. & iur. quest. 4. art. 1. in vers. ex his subsistunt. Secundo t ex supradictis deducitur decisio ad illam difficillimam questionem, in qua plures diuersae opiniones Doctorum reperiuntur: An consuetudo legitime praescripta sufficiens sit ad validam eximendos laicos a solutione decimarum, necne? In primis enim gloss. verb. consuetudine, in c. in quibusdam de decim. censet, nullam consuetudinem eximere posse laicos a solutione decimarum praedialium nec personalium; nisi ea sit a Romano Pontifice ab aliqua parte earum comprobata: quod latissime ex pluribus comprobatur ac tenet Didac. Perez in d. l. 1. tit. 5. lib. 1. Ordinan. column. 198. vers. scilicet, est tamen circa hac dubium cum pluribus sequentibus, & iterum col. 204. vers. nec opinio, & in vers. probatur: haec tamen opinio sic indistincte intellecta dura est.

Alij autem censent, decimas consuetudine ad vicissimam, trigessimam partem reduci posse, tolli autem nequaquam posse; quasi ius naturale & diuinum dimittit, non vero omnino tolli possit, vt tenent Vincent & Panormit. num. 7. in d. c. in quibusdam de decim. & Bald. in l. competit, C. de praescrip. 30. ann. Fulgos. consil. 166. column. 2. Socin. consil. 297. col. 3. lib. 4. & eam, tam in praedialibus, quam in personalibus decimis probat Francisc. Balb. in tract. de praescrip. in 1. part. 5. partis princip. quest. 7. & testatur communem esse ex testimonio Boerij D. Couar. d. cap. 17. num. 8. vers. quidam vero censent, & receptorem ex eodem Boer. plures alios sequentes eiusdem opinionis citans Mench. lib. 2. controuer. illustr. c. 89. num. 7. vers. altera fuit opinio: Quae sententia iustitieri merito potest, tum ex eo, quod modo dicebamus in Papa dum resoluimus, id facere ipsam posse, quasi consuetudo legitime praescripta idem

idem valeat hac in specie: tum etiam, quia t in decimarum solutione consuetudo sit attendenda, vt in d. c. in quibusdam, §. vlt. & in cap. commissum, & in cap. cum sint homines, & cap. delicti, & in cap. Apostolica, de decim. & in l. 17. titulo 20. part. 1. ibi: Sequitur quae est consuetudo de cada tierra, Henricus vero in cap. peruenit, columna 5. de decim. tenet, laicos posse consuetudine eximi partim a solutione decimarum personalium, partium vero nulla ex parte: haec tamen opinio vera non est, vt infra dicemus.

Quarta fuit opinio magis communis, quae habet, Consuetudinem posse eximere laicos a solutione decimarum personalium, non tamen ab obligatione soluendi decimas praediales: ita tenent Hostiens. & alij in d. c. in aliquibus, de decim. per text. ibi, dum dicit: Cum inegritate. Idem in sua summa de decim. quest. 7. §. fin. & hanc opinionem expresse probant, qui tenentur decimas praediales iure diuino & naturali institutas fuisse, personales vero humano tantum, quos supra retulimus. Eandem opinionem sequitur Rochus de Curt. in cap. sin. num. 22. de consuetud. fol. 18. in parisijs, Paulus Paris. & Franc. Balb. vbi supra, est communis secundum Gregor. Lopez in l. 1. gloss. mag. vers. Prima, tit. 10. part. tit. 1. & est communis sententia, secundum Couar. vbi supra, num. 8. in princ. qui alios refert, & plures Menchac. d. lib. 2. controuer. illustr. c. 89. n. 8. in princ.

Contra hanc communem sententiam in vtroque membro tenet Petrus Rebuff. in tract. de decim. q. 13. num. 43. cum sequentibus. In primis enim cum ipse tenuisset, vt vidimus, decimas, non solum praediales, sed etiam personales, eodem iure diuino & naturali inuentas fuisse, inde etiam probat, huiusmodi consuetudinem non soluendi decimas personales non excusare a peccato, nisi consuetudo haberet, vt aliquid pro his, etiam modicum solueretur, quia tunc valida esset praefata consuetudo, vt ibi late probat num. 44. Haec autem ipsius opinio contra frequentiori calculo receptam est, ac proinde non tenenda, sed magis communis affirmatiua indistincte in his decimis personalibus, cum non sint debita t de iure diuino, sed positiuo, secundum communem Theologorum sententiam, vt per Greg. Lop. vbi supra, sequitur etiam Cou. vbi supra, dict. num. 8. in vers. eas vero decimas, & in vers. quinto. vbi hoc intelligit, saluis praedialibus decimis, quae sufficere videntur congruis Sacerdotum alimentis: Eandem communem in personalibus decimis refert & probat Abulens. super Mattheum cap. 21. questione 78. relatus a Gregor. Lopez vbi supra, vers. Abulens. sequitur idem Gregor. Lopez in d. l. 17. in gloss. consuetudo de cada tierra, vbi hoc verum intelligit, vbi essent praediales decimae sufficientes pro sustentatione ministrorum, quia vbi praediales decimae non sufficienter, vt Genuae & Venetijs, & in multis alijs locis, personales sunt de iure naturali, secundum Hostiens. & Syluest. quos refert, Eandem declarationem sequitur idem Gregor. ibidem in gloss. sequitur, in verb. que no es consuetudo, sic intelligens & limitans illam legem, dum dicit: E non se pue de ninguno excusar, que non de alguna cosa por diezmo de aquello que ganare, maguer diga que no es consuetudo de lo dar, &c. nempe vt hoc intelligatur in casu, quo decimae personales essent de iure naturali, vt praedixeras in gloss. praecedenti, nempe, quia praediales non sufficienter; Eandem sententiam sequitur nouissime D. Azeued. in l. 1. num. 2. titulo 5. lib. 1. Noua Collect. Reg. & Soro lib. 9. de iustitia & iur. quest. 4. art. 2. dicens, quod si praediales sufficienter ad sustentationem, praescribi personales possunt: Imo dignum non esse existimat, vt illae exi-

gantur, nisi consuetudo illas soluendi vigeat immemorialis: & quod in t Hispania ex opificum, negotiatorumque lucris nullus est vfus soluendi decimas, memor sum in Episcopatu Placentino extra ciuitatem consuetudinem esse immemorabilem exigendi decimam a seruitoribus, hoc est, famulis de sua mercede, materna lingua, de las soldadas de los mocos.

Secundo contra eandem magis receptam sententiam, dum habet; Non valere consuetudinem liberantem laicos a solutione decimarum praedialium, tenet Rebuff. vbi supra, num. 46. late probans valere huiusmodi consuetudinem, etiam in praedialibus, vt aliquid pro decima soluatur, licet non integra, quia non est contra ius naturale nec diuinum, soluendo enim quidquam pro decima, impletur praecipuum de soluendo, & recognoscitur atque honoratur Deus ex substantia. Et praeterea idem probat ex text. in d. c. in quibusdam, vbi dicitur, quod ille decimam soluenda sunt, quae debentur ex lege diuina vel loci consuetudine approbata, & in cap. cum sint homines, de decim. vbi loquitur de praedialibus, & tamen decidit valere consuetudinem. Tandem allegat pro hac sua opinione Abb. & alios in d. c. in quibusdam, & inquit, quod contra Host. in hoc tenent communiter Dd. & quod haec est communis consuetudo mundi, & sic haec est eadem communis opinio contra Host. quam supra secundo loco retulimus in vers. alij autem, & haec verior sententia videtur & tenenda, modo eam intelligamus iuxta sextam statim referendam.

Quintam opinionem & singularem tenet in hac specie Menchaca vbi supra, vers. quid dicendum: nempe vt tam praediales, quam personales decimae possint in totum tolli, non solum minui, ex pluribus iuribus, quae ibi congerit, probantibus, in materia decimarum standum esse consuetudini: Haec tamen sententia vera non est nec tenenda, & conuincitur ex opinione veriori, quam idem auctor eodem cap. 89. num. 1. rectius probauerat cum communium Theologorum, vt praediximus, nempe decimas esse iuris naturalis & diuini, quoad congruam & sufficientem, &c. Si hoc ita est, quomodo possunt in totum tolli per consuetudinem. Si possunt: Ergo non sunt vlla ex parte iuris naturalis aut diuini, quia iura naturalia summa sunt & immutabilia, vt in §. sed naturalia quidem iura, Instit. de iure naturali, gentium & civilis, cum similibus.

Sexto t loco & vltimo hac quaestio necessario resoluenda venit ex supra prius dictis in principali quaest. Quo iure inuenta sint decimae? nempe quod decimae ex ea parte, qua iuris naturalis & diuini instituto processerunt, & sic quoad congruam & necessariam sustentationem clericorum spiritualia ministrantium, nulla consuetudine tolli nec diminui possunt: secus vero quoad id, quod decimae habent a iure Pontificio, nempe quoad quotam, & sic quoad partem non necessariam ad congruam sustentationem clericorum: In ea namque parte consuetudo rationabilis & legitime praescripta non soluendi decimam valida erit, vt optime probat sic resoluens quaestionem hanc D. Couar. vbi supra, d. n. 8. in vers. quibus me hercle, per totum, vsque ad vers. primum, hinc dicens sic se certo certius opinari, idque est verissimum ac tenendum, vt ex supra adductis patet & voluit nouissime Magister Atagon vbi supra, pag. 951. Et secundo hanc distinctionem oportet intelligere Abulens. super Matth. 23. question. 63. dicentem, quod cum decimae praediales nunc in noua lege non sint de iure diuino, sed positiuo canonico, consuetudo possit tollere obligationem soluendi eas, &c. vt per Gregor. Lopez vbi supra: Nam cum praedictae decimae quoad congruam a iure naturali & diuino prom-



cesserint, non poterunt hac ex parte tolli aut minui per consuetudinem, vt prædiximus: secus vero quoad quatuor, & sic quoad partem, quæ non est necessaria ad congruam sustentationem ministrorum, quæ à iure Pontificio processit.

36 Quo fit vt iuxta hanc sententiam sextam, veram & tenendam, sit moderanda, supplenda atque intelligenda communis secundo loco supra adducta opinio, vt procedat, nempe, quoties illa pars minor decima, quæ consuetudine rationabili legitime præscripta tantum soluitur pro decima, sufficiens sit pro congrua & necessaria sustentatione clericorum spiritualia ministrantium, alias secus, vt tenet Guid. Papæ decisione 284. dicens, ita seruari Gratianopoli, quem refert & sequitur Couar. vbi supra, n. 8. vers. sexto, & simpliciter Rebuff. de decim. quest. 13. n. 54. & Didac. Perez qui supra col. 179. ibi: Idem dicendum, secus si non sufficeret per præd.

37 In decimis t̄ vero personalibus soluendis omnino excusabit consuetudo rationabilis & legitime præscripta, quando solui consuetum de prædialibus sufficeret, prout videtur sufficere in his partibus regulariter, ad congrua alimenta eorundem Ecclesiasticorum ministrorum, vt prædiximus.

38 Consuetudo autem, quantumcumque t̄ longa, nullas soluendi decimas personales nec prædiales non valeret nec à peccato excusaret; quia esset irrationalis & contra ius naturale, diuinum & humanum, vt in terminis tenet Petrus Anchar. conf. 196. magnifice, quest. 1. & Ioan. de Turcemat. in cap. reuertimini, num. 12. vers. ad septimum, 16. quest. 1. Panorm. & Curt. in cap. fin. de consuet. & Bernhard. conf. 14. visio processu, column. 1. volum. 1. & conf. 116. illud est, ibidem in 1. editione, quos refert & sequitur Petrus Rebuff. dist. quest. 13. num. 40. & Dn. Couar. vbi supra, d. cap. 17. num. 8. in vers. undecimo, amplians, etiam si Sacerdotes ibidem spirituali ministrantes aliunde, quam à decimis congrue possint alimenta percipere: quod verissimum pato, & sequitur nouissime Aragon. vbi supra, pag. 952. column. 1. circa fin. quamuis suspectum apparere esse dicat, & ideo improbet Menchac. lib. 1. controuers. illustr. cap. 89. quia hic auctor parum ibi constans est: Inquit enim quod prædicta consuetudo roletabitur, cum non sit contra ius diuinum, sed tantum positum, vt supra docuit: & tamen supra num. 1. idem auctor late & optime probauit cum cõmuni & veriori sententia Theologorum esse iuris naturalis & diuini quoad congruam, &c. Insuper addit, non esse irrationabile &c. cum clericis aliunde possit prouideri de congrua sustentatione & alimentis: hoc profecto ridiculum est ac gratis dictum, cum clericis ratione administrationis Sacramentorum iure naturali & diuino debeantur alimenta, vt supra satis probatum existit. Loquitur igitur minus recte.

39 Hinc etiam venit iure optimo t̄ defendenda l. 6. tit. 5. lib. 1. Noua Collect. Reg. vetans in his Regnis decimas à laicis exigi, quæ per consuetudinem contrariam non consequerentur solui, his verbis: Por que en algunas villas y lugares de los Reynos no se paga diezmo de la renta de las yernas: y pan y otras cosas, y somos informados que aoranuenamente algunos Obispos y Caballeros lo piden, y fatigan sobre ello a los pueblos a que iuzges Ecclesiasticos, Mandamos a los del nuestro Consejo, que llamadas las personas que vieren que cumple, platiquen sobre ello, y lo prouean como conuenega: y entretanto non consentan ni den lugar que se haga nouedad, &c. ibi namque non omnino approbatur huiusmodi consuetudo non soluendi decimas ex herbis, frumento & aliis, sed præcipitur consiliariis Supremi Castellæ Senatûs, vt vocatis his, quos expedire iudicauerint,

prouideant, prout, decuerit, interim tamen caueant, ne fiat nouitas: In primis namque cum hac res perspicienda ac consideranda sit, illud præcipue obseruandum erit à dominis Consiliariis: an ex prædicta consuetudine auferatur clericis spiritualia ministrantibus congrua ac necessaria sustentatio, necne? Vt primo casu eam consuetudinem improbet, vel saltem moderando prouideant, quomodo eisdem alimenta congrua subministrantur: In secundo vero prædictam consuetudinem, si legitime præscripta fuerit ac rationabilis, omnino continuari ac obseruari præcipiant, vt ex supradictis omnibus deducitur ac vere comprobatur: Interim vero quod negotium discutitur iuste ac sancte cauetur illa lege Regia, ne in exigendis dictis nouis decimis nouitas fiat. Secundo, ex t̄ eo etiam iustificari, potest eiusdem legis decisio, cum iure defendi possit ac valeat consuetudo, vt ex certis fructibus nulla soluatur decima, nec eius aliqua portio, vt pote de feno, herbis, vel oleo & similibus si modo ex aliis redditibus superfluo fiat. Sacerdotum sustentatio, vt scribit Paulus Castrenf. conf. 17. lib. 2. quem refert & sequitur, dicens hanc consuetudinem passim in orbe terrarum vigere, Dn. Couar. vbi supra, d. lib. 1. variat. resolut. cap. 17. num. 8. vers. scilicet septimo, & Didac. Perez etiam vbi supra, column. 205. in fin. vers. est & aliud. Idem in consuetudine non soluendi decimas minutas, nempe calcorum, ouorum, lanae, vel etiam animalium & fructuum minorum, quod valeat probat Rebuff. de decim. quest. 15. num. 51. Dum igitur inquiritur, an ex cæteris rebus decimari solitis competens alimonia clericis tribuatur ac superflua, necne t̄ merito vt interim nouitas fieri non debeat, cum in dubio hac in specie prædictæ consuetudini standum sit, cum non appareat esse contra ius naturale nec diuinum; præsertim, cum potius præsumenda sit iusta, quam iniusta, cum clericis semper vsque ad illud tempus alimenta habuerint ex cæteris decimis: quibus rationibus ac iustis considerationibus eam l. merito defendit Couar. vbi supra, dist. numero octauo vers. nono, & Aragon. vbi supra, pag. 952. in 5. corollario.

Hinc consuetudo t̄ immemorialis, quæ in Episcopatu Placentino viget, vt ex herbis propriarum defensarum, quas domini earum propriis pecoribus pascant, nulla soluatur decima; secus si herbas locent, iusta sit ac seruanda; Quandoquidem ex aliis fructibus clericis sufficiens alimonia superest. Similiter t̄ etiam consuetudo immemorialis Ciuitatens. existens nullam soluendi decimam indistincte earundem herbarum, sustinenda erit eadem ratione, nec vllus vnquam de ipsius valore dubitatur. Idem erit dicendum in cæteris ciuitatibus & locis, vbi eadem vel similibus consuetudo versetur, dummodo semper obseruetur, congruam sustentationem remanere debere clericis ex decimis categorum fructuum, qui quid contradicat in hoc vltimo Menchac. vbi supra, dist. n. 8. vers. isthac autem iura, loquens in terminis dictarum legum Regiarum.

Sed; An t̄ decima, ad hoc, vt eam non soluentes peccent, debeant peti à Sacerdotibus, vel etiam solui & in horrea clericorum deferri, etiam ab eisdem non petantur: satis controuersum est: glossa enim in cap. reuertimini, verbo in horrea, 16. quest. 1. quam dixit notabilem sal. in l. 2. quest. 37. num. 92. C. de iure employe. & sequuntur Dd. in cap. cum homines, de decimis, existimant, rusticos teneri decimas deferre in horrea clericorum. Similis glossa in d. decima, el. 1. verb. in horreum, 16. quest. 7. & ibi Dd. Gregor. Lopez in l. 2. titul. 20. part. 1. in glossa de las tierras, Dd. in cap. ex parte, de decim. el. 2. præcipue Vincent. ibi column. 2. Ant.

Ant. de Butr. num. 2. Abb. 5. & testatus, hanc esse communem cum glossa d. cap. reuertimini, ex quo & alios plures allegans hanc sententiam communem esse proficitur eam sequutus Didac. Perez vbi supra, col. 100. in vers. decima præterea, ibi: tempore, & D. Ant. de Padilla in l. post mortem, n. 8. & 9. C. de fidei commissis. D. Azened. in l. 4. tit. 5. n. 2. lib. 1. Noua Collect. Reg. Quod procedit, etiam si decima à clericis non fuerint petita, vt traditum est à supradict. secundum Couar. vbi supra, n. 8. vers. octauo ac his. Sunt tamen nonnulli alij, qui contrarium potius sentent, decimas nempe non debent petantur à Sacerdotibus, è quibus sunt Archid. in c. 1. num. 2. de decimis, in 6. Rota in antiquis 25. Guid. Pap. decis. 83. num. 2. Balb. de præscript. 1. part. 5. partis princip. quest. 7. n. 12. Adrian. quodlibet 5. art. 1. §. 2. videndum est, quos refert & sequitur Didac. Perez vbi supra, col. 202. vers. esse tamen.

44 Quinimo t̄ secundum Paulum Paris. conf. 15. n. 26. lib. 1. in decima tempore collectionis fructuum à Sacerdotibus non petentur, postea peti non possent, quæ deducit ex Archid. & sequacibus vbi supra, quod tamen verum minime est, nec id tenentur Archid. & cæteri, quinimo contrarium deducit ex text. in c. cum sint homines, iuncta glossa ibi verb. fructibus collectis, de decim. in vers. sed qui, vbi text. probat, quod homines sunt cogendi, vt statim fructibus collectis decimam persoluant, atque de fructibus & retentis dignam satisfactionem exhibere procurent, & inquit glossa ibi: fructibus collectis, id est, quanto citius & competentius solui possint, quia tardius dare peccatum est, vt in cap. decima, 16. g. 1. & qui non facit iustitiam, in mora esse intelligitur, vt periculum decimæ ad eum spectet. Et insuper addit: Quod si sacerdos, cum sibi offeruntur decima, eam recipere noluerit, si tamen postea voluerit recipere, tunc rusticus eam non soluens, incipit esse in mora, quia vltima mora nocet: Ergo à fortiori, etiam si decima tempore collectionis fructuum non petatur à clericis, postea peti poterunt: Quinimo text. illi recte inspectus, iuncta sua glossa, videtur probare suprad. commun. sententiam, quæ habet: Decimas etiam si non petantur, solui debent, atque ad horrea clericorum deferenda esse: & ita merito opinionem illam Pauli Parisij fallam esse existimat Dn. Couar. vers. scilicet octauo.

45 Sed in articulo t̄ principali; An decima etiam non petita, deferri debeant ad horrea clericorum, necne resoluo. Primo seruandam esse consuetudinem si ea alicubi vigeat, quod laici teneantur decimas deferre ad horrea clericorum, casque clericis non petentibus tradere: quod probat nuncupatim Couar. vbi supra, & proinde d. l. 4. tit. 5. lib. 1. Noua Collect. Reg. dum decidit, decimas soluendas esse loco & tempore collectis, Secundo idem esse dicendum existimo, si consuetudo alibi ad sit contraria, nempe, vt clericis mittant pro decimis ad agros fundoque tempore collectionis fructuum, aliosue commodiori ita vt laici decimare debentes non teneantur eas in horrea & domos clericorum deferre, vt hic Ciuitatens. obseruatur: tunc enim sufficit, quod ipsi decimare debentes paratim sint eis ibi, vel quoties sibi petita fuerint, soluere, atque cum effectu id faciant: In his etenim casibus plurimum valet consuetudo, atque ea spectanda erit, vt patet ex supradictis, præcipue ex d. l. Regia: & in terminis, quod valeat consuetudo, quod clerici mittant ad laicos pro decimis confectis, licet aliud sit de iure, præsupponit Abb. in cap. 2. column. 5. de indic. quem refert & sequitur Rochus de Curt. in c. fin. de consuetud. cap. 11. num. 22. in fin. & quod valeat consuetudo non portandi decimas in horrea, tenet alios allegans Rebuff. de decimis, d. g. 13. n. 49. Quod si in hac secunda t̄ specie clericis pro decimis non mittant necesse petant, adhuc de-

cimare debentes tenentur eos certiorare, vt probat Rebuff. d. g. 13. n. 50. & infra dicitur, atque decimas offerre, etiam si eas domi condiderint, soluti tamen expensis portationis & in domum recollectionis.

Tertio t̄ obseruandum erit, quod si horrea sint publice deputata, ad que decimæ omnium Sacerdotum deferantur, laici tenebuntur, etiam clericis non petentibus, decimas in ea horrea adducere, satis enim sit tunc decimarum petitio, secundum Couar. vbi supra, ibi, Secundum si horrea: hoc tamen ipse verum intelligi, stante consuetudine, vt illic decimæ à laicis deferantur, vt puta quia in id prædicta horrea publica instituta sunt, tuncque consuetudini etiam erit standum circa expensas portationis in ea loca, ad que solutio ipsarum spectat: Quarto, laicos teneri tradere decimas clericis, etiam scientibus t̄ quantum iure decimarum sibi pertineat, modo leui sumptu & labore possint ista decimæ ad horrea clericorum, eorumque domos adduci, secus alias: ita Couar. vbi supra, d. n. 8. vers. octauo, ibi: tertium opinor, &c. ita intelligens contrarias opiniones supra relatas: Hoc tamen verum esse existimo, præsertim stante consuetudine huic dicto conformi, vel saltem nulla in contrarium existenti. Nam si penitus contraria adesset, ipsa proculdubio seruanda foret: argu. omnium supradictorum.

Illud denique & quinto in t̄ proposito erit summopere aduertendum, etiam cessantibus consuetudinibus, decimare debentes non posse frumentum, aliosue fructus in propria horrea condere, nisi prius clerici certiores fiant, vt vel ipsi vel eorum procuratores assistant, & præsentem sint fructuum collectioni atque aceri distributioni, vt decimas percipiant, ne vlla fraus à laicis fieri possit in solutione decimarum: vt in specie tenet Speculator in titulo de decimis, ad finem, quem sequitur Abbas & com muniter Doctores in cap. ex parte, el. 2. de decimis, secundum Couar. vbi supra, dist. num. 8. vers. scilicet octauo, ibi, Quartum, vbi alios citat & præsertim l. 2. titulo 1. lib. 5. Ordinamenti veteris, & in pragmatica 17. hodie est l. 2. titulo 5. lib. 1. Noua Collectio Regia, & idem iure & praxi probauit Guido Papæ decisione 183. num. 1. & Rebuffus vbi supra, dist. num. 50. & in dicta leg. Regia ita dicitur: T por escusar los engamos que podria auer en el diez mar, defendemos firmemente que de aqui adelante ninguno sea ofado de medir ni coger su monzon de pan que tenuiere en limpio en la era, sin que primero sea tomada la campana tres vezes, para que vengan los terceros, o aquel que deue recaudar los diez mos, y que estos terceros, o los que lo deuan de recaudar, defendemos que no sean amenazados, ni corridos de ninguno, ni heridos por demandar su derecho: y mandamos, que los dichos diez mos no lo midan ni cojan de noche, ni a hurto, mas publicamente, a vista de todos: y qualquier que contra estas dichas cosas fuere, peche el diezmo doblado: la mitad para el Rey, y la otra mitad para el Obispo, salvas las sentencias de excomunion sean bien guardadas por nos y por ellas de manera que el po der temporal y espiritual, que viene todo de Dios, se guarden y acudan en vno, y las sentencias que los perlados pusieren sobre estas cosas, sean bien tenidas, hasta que la emienda sea hecha. T por que algunos lugares donde se ha en las labranças, son tan lexos de las ciudades, villas y lugares, y de su termino, que no se podria oyr la dicha campana, mandamos, mandamos, que ninguno ni alguno sean ofados de coger ni de medir, ni llevar de las eras sus monzones de pan que tuuieren en limpio, ni alguna parte dellos, hasta que primeramente en los dichos lugares donde buuiere la dicha campana, que no se puede



oyr requiera el labrador o la persona que huviere de dezmar, al arrendador de la colacion, o limitacion, o donadío, con el pan que huviere de dezmar, o al Vicario del lugar: y si el dicho diezmo pertenece a algunas de las dichas colaciones, o limitaciones, o donadíos de la ciudad, que lo digan al Vicario del Arcoobispado, o Obispado: y que este requerimiento le hagan a costa del que ha de aver el diezmo, o arrendador: y no lo cojan de noche, ni a hurtado, sino publicamente: y a vista del dezmero: y si el dicho dezmero, o arrendador fuere requerido por el dicho labrador, o Vicario, y no fuere a ver medir el dicho pan, que el dicho labrador mida su pan delante de tales personas que sean de creer, y por su iuramento hagan verdad al dicho arrendador del pan que se mediere de aquel monton de que el dicho arrendador o dezmero fuere requerido, que fuese a ver medir el dicho pan: y en los lugares donde se oyere la campana, seguar de lo sobre dicho de infu en esta ley.

50 Confectudine tamen potest ꝑ induci contrarium, nempe, vt laici liberè colligant frumentum, ceterosq; fructus, & eos in propria horrea sine testibus condant, & postea decimas ministris spiritualium reddant, vt in specie late probat Aym. Crauet. conf. 21. quem refert & sequitur Couar. vbi sup. addens, l. 3. d. lib. 5. ordin. quæ hodie est l. 4. tit. 5. lib. 1. Noue Collect. Reg. quæ ita se habet: Mandamos que aquellos que han de recibir los diezmos del vino y del pan, que los reciban en el tiempo y en los lugares donde fue siempre a costumbre, y si es costumbre que vayan por el diezmo de vino a las vinas, la dicha costumbre sea guardada: ex qua lege omnia per nos supra resoluta in vers. sed in articulo principali, comprobantur, quatenus in summa volumus, semper standum esse in specie consuetudinis.

51 Vltimo in ꝑ predicto articulo consuetudinis non soluendi decimas prædiales silentio prætereunda non erit doctrina S. Thom. 2. 2. quæst. 87. art. 1. ad 5. quodlibet. 6. art. 10. dicentis, quod laudabiliter ministri Ecclesiæ decimas Ecclesiæ non requirunt, vbi sine scandalo requiri non possent, propter desuetudinem, vel propter aliquam aliam causam: nec tamen sunt in statu damnationis, qui non solunt in locis illis in quibus Ecclesia non petit: nisi forte propter obstinationem animi habentes voluntatem non soluendi, etiam si ab eis peterentur: & addit idem Thom. quodlibet. 1. art. 8. malefacere Ecclesiarum Rectores, si decimas exigant à laicis in ea prouincia, vbi non consuetudine obtentum est, decimas ministris Ecclesiarum non solui, cum ea petito maximam præberet scandalis & tumultibus occasionem faretur igitur D. Thom. sacerdotēs nec posse nec debere decimas exigere, vbi vel præscriptione, vel consuetudine earum solutio & exactio cessauerit, & sic intelligendus est S. Thom. præmissa consuetudine, quæ iure potuit obligationi decimarum derogare, tunc enim laici minimè tenentur decimas soluere sacerdotibus etiam petentibus: & quod Thom. sentit, hanc consuetudinem nequaquam eximere laicos à decimarum solutione, vbi Ecclesia eas petat, accipiendum est de petitione, quæ fiat à Romano Pontifice, vel à Concilio, sublata hac ipsa consuetudine aliqua iusta ratione per sententiam, decretum aut constitutionem Ecclesiæ, sicuti intellexerunt eadem verba Florent. in 2. part. sue summa c. 2. §. 6. & Syluester in summa verbo decimas quæst. 4. & Honcal. & Syluester in summa verbo decimas quæst. 4. & Honcal. & optimè D. Couar. d. cap. 17. n. 12. & Rochus de Curt. in cap. cum tanto de consuetud. cap. 11. num. 22. sic declarans & limitans magis communem sententiam à nobis supra relata, quæ habet: Non valere consuetudinem eximentem laicos omnino à solutione decimarum

rum prædialium: & Didacus Perez vbi supra col. 102. versic. sed tamen istam sententiam, &c. & inquit Couar. ibi: hanc consuetudinis derogationem omittendam esse ab Ecclesia, ob scandalum euitandum, Hocque præsertim procederet, si clerici non indigerent, & laici non haberent reddere ultra necessaria, secundum Rochum vbi supra. Quinimo, si clerici alias non haberent sufficientem & necessariam sustentationem absque prædictis decimis, idque pateret atque euidens esset, vt ex omnibus in hoc capite resolutis, & præcipue in hac secunda deductione patet, & populus abundaret, non procederent profectò dicta in hoc versiculo vltimo, &c. cum prædicta consuetudo hac in specie iure non potuerit obligationi decimarum derogare, etiam si non petantur, nempe, quoad eam partem, quæ necessaria est ad congruam sustentationem ministrorum spiritualium, quæ cum iuris naturalis & diuini sit, vt resoluimus, consuetudine tolli non potest: & in terminis ita tenet Florentin. & Syluest. vbi supra, eosque referens Gregorius Lopez in d. gloss. magna, versic. subdit tamen, ibi: Tertio, &c. cum obligatio ista soluendi decimas consuetudine aut præscriptione tolli non potuit, vt in specie præmissa, ob particulare scandalum decimarum exactio omittenda non est, tamen ob generale periculum, vt schismatici obuietur, laudabiliter omitti poterit, secundum Alex. Halens. 3. p. quæst. 51. membr. 6. art. 1. quem refert & sequitur Couar. d. n. 12. in versic. sin autem.

Quod si consuetudo legitime præscripta sufficiens est ad eximendos laicos à solutione decimarum, iuxta supra late discussa, à fortiori idem dicendum erit in clericis, ecclesiasticisque personis; Hi enim ꝑ etiam si sint Ecclesiarum Rectores, iure canonico decimas tenentur soluere, iuxta text. in cap. nouum genus, de decim. vbi id notat gloss. 1. & Abbas post Innoc. & communiter DD. D. Thom. 2. 2. quæst. 87. art. 4. Et hæc est communis omnium resolutio in d. cap. nouum genus, secundum D. Couar. alios allegantem d. lib. 1. var. resolut. cap. 17. num. 8. versic. primum, nempe, vt clerici etiam Ecclesiarum Rectores teneantur ad solutionem decimarum ex prædiis patrimonialibus, quæ sint in propria vel aliena parochia constituta: quod etiam bene probat Domin. à Soto lib. 9. de iustit. & iure, quæst. 4. art. 4. idem probat in dist. in decimis l. 2. tit. 20. part. 1. & l. 2. in versic. vtro si mandamos, tit. 5. lib. 1. Noue Collect. Reg. Sed ab hac solutione decimarum possunt clerici eximi consuetudine vel præscriptione, iuxta gloss. in cap. in quibusdam, de decimis verbo consuetudine, ibi, quia clerici: & in c. quia cognouimus, 10. q. 3. in verbo præsumpti, ibi: Nam libertas, Felin. in causam que de præscript. volum. 1. Balb. de præscript. 1. part. 5. partis princ. quæst. 7. n. 3. & Couar. vbi supra, n. 8. & 10. qui d. num. 8. aduertit, posse clericos, etiam si non sint Ecclesiarum Rectores, consuetudine, vel præscriptione eximi à decimarum solutione personalium & prædialium, quæ sint in alterius parochia: id quod etiam tenent supradicti, & Didacus Perez vbi supra, col. 103. in versiculo 3. non soluendi, ibi: Secus tamen est in clericis, & ita est tenendum, tamen si Andreas Hispan. in tract. de decimis, versiculo decima est, num. 16. & 17. volum. 15. tract. diuers. dect. folio 309. in antiquis, contrarium probet, & præscriptione loquens, de qua infra agemus, Petrus Rebuff. d. q. 13. de decim. num. 60.

Eadem ꝑ ratione idem erit dicendum in prædiis Ecclesiæ intra limites alterius parochiæ: Licet enim decima debeat ex illis prædiis Ecclesiæ parochiali intra cuius limites sunt sita, siue prædia illa dotalia, vel non, fuerint, vt tenent Panorimitanus num. 6. & alij

in d. cap. nouum genus, de decimis, Abbas in cap. nuper, col. 2. notabil. 1. per text. ibi, de decimis, Cardinal. consil. 88. Petrus Rebuff. de decimis, quæst. 5. num. 20. text. in cap. pen. vbi Abbas num. 4. dicit communem, de decim. tenet gloss. in cap. 1. verb. nullo seruitio, de censibus, vbi loquitur in manlo dato Ecclesiæ in ipsius fundatione, si primo erat tributarius, vel soluebatur decima de illo Ecclesiæ parochiali, quam dicit communem Baldus Nouel. de dote, 1. parte, in principio num. 8. est magis communis opinio secundum Couar. d. num. 8. versic. secundo licet: dicit communem Didacus Perez vbi supra, col. 198. versic. dubitatur, & 203. versic. item etiam, & nouissimè D. Azeued. in l. 2. tit. 5. lib. 1. Noue Collect. Reg. num. 12. cum seqq. & est magis communiter receptum secundum Atagon. vbi supra, pag. 951. in 1. corollario, tamen contrarium tenet gloss. in dist. cap. nouum genus, de decimis, & D. Thom. d. art. 4. in respos. ad primum, & ibi Caietan. & Atagon bene declarant, & Domin. à Soto d. lib. 9. de iustitia & iure quæst. 4. art. 4. in princ. in 1. conclus. loquens de Ecclesiæ fundis, quorum fructibus clerici clericali iure viuunt: & postea eorum, sequent. inquit, hanc primam & secundam conclusiones, quas ibi ponit, esse iure receptissimas: & Balbus d. quæst. 7. Reg. leg. 2. tit. 1. part. 1. ibi: Enoras ende de aquellas heredades que han de las Iglesias do sruen, & l. 2. tit. 5. lib. 1. Noue Collect. Reg. in versic. y otro si. ibi: Y de todos los otros bienes que han, que no sean de su Iglesias. Attamen consuetudine ꝑ legitime præscripta obtineri poterit libertas ab harum decimarum solutione, vt in clericis est prædictum, & in terminis probet Felin. in d. cap. causam que, n. 1. Couar. & latius Didacus Perez vbi supra, & inquit Couar. quem refert & sequitur Atagon vbi supra, quod ita in plerisque Regionibus obtentum est, nec immerito, cum & iuxta iuris sanctiones decimas istas minimè deberi teneant gloss. & ceteri supra allegati, & præterea id probent leges Regiæ.

56 Quæ ꝑ ratione forenti sustineri poterit, quod Didac. Perez col. 204. ex sententia Archid. Adriani, & aliorum, de qua meminimus supra in versic. vltimo, in prædicto articulo, quibus nunc addit Guido Papæ dec. 283. n. 2. & Abb. in quibusdam, column. fin. de decim. tenet, dicens, quod vbi est consuetudo non soluendi decimas ex prædiis datis in dotem Ecclesiæ seu capellæ, etsi non præscriptio completa per tempus requisitum ad exceptionem earum, hoc est ad executionem, vt cum intelligi sentire, erit nihilominus in conscientia tutus non soluens decimas temporis præteriti non petitas, donec fuerit condemnatus, nec dubitat ea in specie possessores capellaniarum & oratoriorum esse immunes, eo quod antea dictæ decimæ nunquam fuerint solutæ Ecclesiæ ex prædiis destinatis capellis & oratoriis: Nihilominus dubia videtur hæc opinio, nisi eam intelligamus, quoties prædicti possessores sint parati eas decimas soluere, si ab eis petantur, nulla admiffa fraude: Leges enim Regiæ supra allegatæ, etsi ꝑ expresse videantur probare de huiusmodi terris Ecclesiæ non esse soluendas decimas, id tamen procedit, quando sunt in proptia parochia Ecclesiæ, quæ eas clericis dedit, vt declarat d. l. Partite: secus quando sint in aliena parochia, quia tunc tenebuntur ad prædiales decimas ex talibus hæreditariis Ecclesiarum, iuxta superadiam magis receptam sententiam, secundum Gregorium Lopez in dist. l. 2. in gloss. heredades, in fin. & videtur sequi Azeued. vbi supra, num. 13.

58 Consuetudo ꝑ præterea, quod decimæ vni Ecclesiæ debita iure communi, alteri Ecclesiæ soluuntur, valida erit, vt in cap. ad Apostolica, & in cap. cum contingat, & in c. quoniam, de decim. & alibi sæpius, vbi probatur, consuetudinem in decimis soluendis considerandam esse: quod tenet Doctor. præcipue Cardin. consil. 88. Rebuff. de decimis, quæst. 13. num. 47. & 60. & Couar. vbi supra, d. num. 8. versic. tertio deducitur, & in versic. quarto, fortiori ratione inquit procedere, quod gloss. & Doctores per text. ibi tradiderunt in d. cap. cum contingat, dicentes, consuetudinem, veluti iustissimum interpretem, obseruandam esse, quoties de iure dubium est, cui Ecclesiæ decimæ ex certis rebus sint soluendæ: & in hac specie late probat ex communi traditione, sufficere decem annorum consuetudinem, cum ea non sit contra ius canonicum, sed potius eiusdem iuris æquæ interpretatio, quæ præter ius aliquid inducere censetur, secundum Abbatem in d. cap. cum sint homines. Iure enim canonico consuetudo præter ius legitime decennio inducitur, iuxta glossam & communem, quam ibi refert, in cap. vltimo, verbo consuetudo, de consuetudine, lib. 6. refert & sequitur Atagon vbi supra, corollario 3. Et hæc de consuetudine non soluendi decimas in totum, vel pro parte.

tur, consuetudinem in decimis soluendis considerandam esse: quod tenet Doctor. præcipue Cardin. consil. 88. Rebuff. de decimis, quæst. 13. num. 47. & 60. & Couar. vbi supra, d. num. 8. versic. tertio deducitur, & in versic. quarto, fortiori ratione inquit procedere, quod gloss. & Doctores per text. ibi tradiderunt in d. cap. cum contingat, dicentes, consuetudinem, veluti iustissimum interpretem, obseruandam esse, quoties de iure dubium est, cui Ecclesiæ decimæ ex certis rebus sint soluendæ: & in hac specie late probat ex communi traditione, sufficere decem annorum consuetudinem, cum ea non sit contra ius canonicum, sed potius eiusdem iuris æquæ interpretatio, quæ præter ius aliquid inducere censetur, secundum Abbatem in d. cap. cum sint homines. Iure enim canonico consuetudo præter ius legitime decennio inducitur, iuxta glossam & communem, quam ibi refert, in cap. vltimo, verbo consuetudo, de consuetudine, lib. 6. refert & sequitur Atagon vbi supra, corollario 3. Et hæc de consuetudine non soluendi decimas in totum, vel pro parte.

Nunc verò ꝑ videamus de præscriptione, an ea sufficiens sit, vt eximere quem possit ab obligatione soluendi decimas: De clericis, quod legitime præscriptione possint se à solutione decimarum liberare, supra resoluimus, estque communis sententia, vt cum aliis resoluti Menchaca lib. 2. controuersiarum illustrium, cap. 89. num. 10. Quod procedit etiam quoad totam decimarum portionem, secundum Dominicum in cap. 2. §. penultim. de decim. lib. 6. & alios quos refert & sequitur Couar. d. lib. 1. varior. resolution. cap. 17. num. 10. in princ. Quod verum intelligi tam quoad præscriptionem, quam quoad consuetudinem, de qua supra egimus, quoad eam partem, quæ decimæ iuris positius sunt, & sic ultra necessitatem & congruam sustentationem ministrorum Ecclesiasticorum: secus verò quoad ipsam præciam sustentationem, iuxta late supradicta atque deducta, & in terminis admo-net Couar. d. cap. 17. num. 6. versic. quarto, ibi, illud tamen, &c. quidquid contrarium iniuste velit Menchaca vbi supra, & hoc quoad præscriptionem libertatis soluendi decimas: tamen si Petrus Rebuffus de decim. quæstione 13. num. 55. & 60. teneat, clericos non posse præscribere libertatem soluendi decimas, quotæ tamen, quas allegat, loquuntur in laicis, de quibus postea agemus.

Sed quid ꝑ iuris erit, si eas ab aliis soluendas præscribere præterant clerici: Et in hac specie quamuis Florentin. in 2. part. sue summa, tit. 4. cap. 3. §. 3. versic. nota, quod Episcopus, teneat, quod clerici vel religiosi, qui non habent parochiam, decimas præscribere non possint, per cap. placuit, el. 2. cum seqq. 16. quæst. 1. & per ea, quæ notant Doctores in cap. de quarta, de præscript. gloss. & DD. in cap. penultim. de decim. & Abb. in cap. sug gestum, in 1. notabili, eod. tit. Nihilominus tamen eas longissimo tempore præscribere poterunt, secundum Rebuff. de decim. quæst. 13. num. 63. post Ioan. de Turrecremata, quem refert in cap. fin. 16. quæst. 1. in 1. quæst. quia iura allegata per Florent. contrarium non probant, sed tantum prohibent monachis iura parochialia vsurpare: si tamen illa tempore habili ad præscribendum possederint, præscribere eas possunt. Præterea contra Florentinum facti text. in cap. statuto, §. penultim. de decim. in 6. vbi quod religioſi exempti & non exempti soluere debent decimas integrè de possessionibus acquisitis & acquirentis illis Ecclesiis, quibus eadem possessiones & terræ prius fuerant decimales, nisi super hoc specialia iure vel privilegio sint muniti.

Laici verò, veluti incapaces huius ꝑ quasi possessionibus, præscribere minimè possint hanc immunitatem iuxta







illis, quibus præsumptio iuris communis fauebat, non esset quidem restitutus ante omnia, nisi de legitimo titulo euidenter doceret, vt in dicit. c. ad decimas, iuxta communem ac magis receptum eius intellectum modo relatum.

78 Illud tandem in proposito obseruandum erit præscriptionem percipiendi decimas intra alienam parochiam ad noualia minimè extendi, nisi rationabilis causa ostendatur, vt in cap. cum contingat, & cap. seq. de decim. vbi hoc ad litem probatur, & in cap. ultimo, §. finali de decim. in 6, vbi loquitur in concessione decimarum alicuius loci, vt non intelligantur concessæ decimæ noualium agrorum eiusdem loci, & in cap. sua,

79 de decim. el. 1. & ideo præscriptio decimarum inducta in omnibus prædiis, vno excepto, ad illud non extenditur, secundum Innoc. in c. tua, de decim. Archid. in cap. quicumque 16. quæst. 1. Panorm. in d. c. cum contingat, circa fin. Felin. eos referens in cap. auditis, n. 1. vers. præscriptio decimarum, de præscript. sequitur Balb. in tractatu de præscript. 2. parte princip. quæst. 2. num. 17. & Rebuff. de decim. quæstion. 14. num. 9. Sic etiam alio quo præscribitur decimas in vna villa, in qua sunt agri diuersi, habentes diuersos terminos, si aliqui agri eiusdem villæ penitus inculti de nouo redigantur ad cultum, decima inde proueniens debetur, non præscribenti, sed tanquam de noualibus illi, ad quem illius villæ spectant decimæ de iure communi, vel antiqua consuetudine, vt in dicit. c. cum contingat, ita Abb. d. conf. 71. num. 3. vers. & per hoc puto, vbi bene declarat, & Rebuff. vbi supra.

80 Idem est in consuetudine, vt si quis ex consuetudine antiqua perciperet decimas, tamen noualia, in cuius territorio sunt, non habebit, secundum Hostiens. & alios in cap. cum contingat, sequitur Rebuff. vbi supra, num. 16. quia consuetudo & priuilegium æquiparantur, cap. conuictus, §. 9. 3. c. quoad sedem, de officio ordinarij, nec potest trahi consuetudo ad illa, de quibus non est consuetum, licet consuetudo alias in materia non præiudiciali multum extendi possit, l. de quibus, ff. de legib. cum similib. vt per Rebuff. vbi supra vbi num. 17. limitat, quando noualia possedisset per tempus immemorabile, nam eodem tempore præscribi possunt decimæ nouales quo veteres, si verò de noualibus habeat titulum coloratum, tunc præ quadraginta anni sufficientem ad præscribendum decimas noualium, sicut in aliis decimis, vt per Fel. & alios in c. quarta, de præscript.

81 Et ratio text. in dicit. cap. cum contingat, est, secundum DD. ibi, qui tantum præscriptum, quantum possessum, sine possessione enim præscriptio non procedit, c. si diligenti, de præscript. & in regula sine possessione, de regul. iuris, lib. 6. sed ille, de quo in eo text. non possedit decimas noualium, cum nullæ essent: Ergo in eis præscriptio non procedit, iuxta text. in l. 1. §. si quis hoc interdico, ff. de iur. iur. alique priuat. vbi Bart. & Ang. Innoc. in c. Cumana, de electione, l. qui fundum, §. 1. de vsucap. pro empt. quem text. singularem dicunt Roman. singul. 577. & Balb. de præscript. 2. parte princip. quæst. 2. num. 17. volum. 8. tractat. diuers. DD. Præterea

82 præscriptio ad futura non extenditur, etiam ad similia, ideo ad nouales decimas non trahitur. Panorm. in dicit. c. cum contingat, in ultimo notabilis, per illum text. quia in præscriptione stricta fieri debet interpretatio, secundum Socin. consilio 275. in causa, colum. 3. vers. sed postea, in 2. volum. est enim strictissimi iuris & non extenditur ad non possessa, vt cum Card. tenet. Felin. in cap. auditis, num. 11. in fin. de præscript. vbi num. 12. & 13. plurima hinc infert, actus enim taciti non sunt interpretandi ultra, quam se extendant, secundum Bald. in l. quod constitutum, C. ne de stat. de-

functo, vbi quod est præscriptio fauorabiliter disponat, adhuc tamen ad similia non extenditur: quod in proposito maximam habet æquitatem, secundum D. Hostiens. Ioan. Andr. & Card. in d. c. cum contingat, vt Ecclēsia nempe parochialis, quæ forte alia non habet decimas, & pauca alia, vel forte nulla bona, noualium saltem decimas habeat: sequitur prædicta & latè comprobat Balb. de præscript. 2. parte princip. quæst. 2. num. 1. cum sequentibus, vol. 8. tractat. & Rebuff. de decim. q. 14. num. 12. vbi num. 13. quod præscriptio non habet locum, nisi in illo actu, quo præscribens fuit vsus, vt in d. l. 1. §. si quis hoc interdico, ff. de iur. iur. alique priuat. Alex. cons. 122. viso puncto, in fin. volum. 4. & cons. 16. in causa numer. 12. & consil. 33. ponderatis, numer. 7. volum. 5. Quo fit, vt si quis testes deponant, aliquem percipere decimas frumenti, alij testes vini, non sufficiant ad assignandum genus decimarum, sed tantum in his, quibus probant; Nam minutæ & mixtæ saltem curato remaneant, cum de his probatum non sit, vt docet Innocent. in cap. licet ex quadam, de rebus, sequuntur Collecta in cap. nuper, eod. titul. & Rebuff. qui supra, dicit. num. 11.

83 Contra hoc tamen vitium non obest, quod prædictum Rebuff. ibid. num. 23. resoluit post Balb. de præscript. 2. parte princip. quæst. 2. num. 21. nempe, quod qui præscriptit decimas maiores in vna parochia, minutas etiam videtur præscripsisse, quia accessoria sunt, c. cum in tua, de decim. & præscriptio facta de principali, ad accessoria & connexa inseparabiliter trahitur, text. in l. si aliena, §. 1. ff. de vsucap. & l. eos, C. de vsu. Balb. latè vbi supra, num. 12. cum seqq. post Felin. statim citandum: & stricta depositio relata ad ius decimarum, extenditur ad speciem sub eodem genere comprehendam, & ad rem, & ad materiam eandem, secundum Anton. Butr. in d. cap. cum contingat. col. 1. & infra latius dicemus hoc namque verum est & procedit, quando accessorium in initio præscriptionis inchoatæ inerat principali: secus si postea, vt in l. qui fundum, §. 1. ff. de vsu. singularis secundum Rom. sing. 577. tu habes regulam, Felin. plene in cap. auditis, colum. 10. num. 10. vers. 4. declaro, de præscript. Rebuff. vbi supra, num. 24. post Balb. vbi supra, num. 14. Vnde si præscribens percipit decimas maiores in vno loco per tempus immemorabile, & nullus ibi recepit decimas minutas, si postea eas perat laicis, non poterant ipsi ei denegare, quia ius decimarum contra eum præscriptum: Ergo in omnibus, nec poterunt se ipsi iurare præscriptione non soluendi, vt in specie colligit Rebuff. dicit. num. 24. quamuis illud de accessoriis, quod prædiximus, præcedentibus non conueniat. Nam decimæ minutæ non sunt connexæ inseparabiliter grossis vel maioribus, quandoquidem separari possunt, ac ab diuersis ecclēsijs præscribi, vt infra dicemus: Dicta verò in vers. procedenti, præterea præscriptio, num. 84. procedunt, quoties ab initio præscriptionis inchoatæ decimæ minutæ non inerat principali, & de his nulla præscriptio probatur, sed tantum de maioribus decimis: Merito igitur vt tunc tantum præscriptum censetur, quantum possessum, ac proinde præscribenti maiores decimas tantum, hæ tantum, non vero minores assignandæ sint, sed remaneant curato, vel illi, ad quem alias de iure pertineant.

84 Præterea quod prædiximus, quod qui præscriptit decimas maiores in vna parochia, minutas etiam videtur præscripsisse, procedit tunc demum, quando alius illas minutas decimas non percipisset, secus vero, quando minutæ decimæ fuerunt vni solutæ, & grossæ alteri: tunc enim is, qui grossas præscriptit, minutas non habebit, secundum Hostiens. Ioan. Andream, Panorm.

Panorm. & alios in dicit. c. cum in tua, per illum text. de decim. & Fel. in d. c. auditis, n. 19. de præscript. & Balb. vbi supra, num. 20. & 21. & Rebuff. vbi supra, d. q. 14. num. 25. & 26. vbi cum text. ad hoc expresse reputat, iuxta integram Decretalis, quam ibi expendit, & secundum eum dicit ibi Antonius, quod quando non apparet, decimas minutas per alium fuisse perceptas, tunc ex perceptione grossarum sub nomine decimarum simpliciter sunt decimæ ipsæ grossæ & minutæ vnum & idem ius, & ideo tunc quoad minutas censetur præscriptum: sed si alia Ecclēsia vel persona perciperet minutas, esset interrupta præscriptio quoad minutas, ideo tunc colligenti grossas debentur grossæ: Colligenti vero minutas, minutas. Idem si quis recipiat decimam vini, alter frumenti, si in vno fundo sit frumentum & vinum, quia tunc is, qui percipiat decimam vini, eam habebit ex vino, & alter decimam frumenti ex frumento. Nec conuenit eandem rem in hac specie diuerso iure censi, quia id contingit propter diuersum accidens concurrens, secundum Anton. & alios in d. c. cum in tua, vel propter diuersos respectus, gl. in c. cognominis, l. 2. q. 2. Rebuff. alios referens vbi supra, d. q. 14. num. 27. post Bald. d. 2. part. princ. q. 2. n. 18. & 21. Superiora t dicta de noualibus, nempe, quod præscriptio percipiendi decimas intra alienam parochiam, ad noualia minimè extendatur, nisi rationabilis causa ostendatur, vera sunt & procedunt, vbi nouale omnino distinctum est ab his agris, qui col consueverunt, & de quibus præscribens decimas obtinuit: secus si nouiter procius fuerit ager, ex quo solum cedat decima, fœni, aut herbarum redditus, vel aliorum percipiebantur, & horum decima portio vel alia præscribenti soluta fuerit, tunc enim ad eam etiam pertinet frumenti, vel alterius fructus nunc primum ab agro collecti decima, quam hic ager vsucipienti decimas soluere consuevit ex fructibus ab eo perceptis: Vnde parum refert fructus eius nunc mutari, quia vna & eadem res non debet diuerso iure censi, alioqui enim esset in potestate ferentis priuare decimas aliquem, contra regulam, id quod nostrum, ff. de reg. iur. & in terminis ita probat text. secundum alteram lecturam communiter approbatam, multumque literæ congruentem, in d. cum in tua, de decim. vbi quod si præscribens decimam in certa terra, percipit decimam de omnibus eius fructibus inde prouenientibus, præterquam de certis quibusdam ibidem annuatim perceptis, de quibus nulli fuit decima soluta, horum fructuum decima debetur, non ecclēsiæ parochiali, ad quam iure communi pertinet illius terræ decima, sed ecclēsiæ, quæ præscriptit decimam in illo agro: Illa enim terra est decimabilis, & vna eademque res non debet diuerso iure censi, quasi dicat text. quod præscribendo decimam aliquorum fructuum in vno agro, nemine percipiente aliorum fructuum decimam, videtur ius decimandi in totum acquisitum ipsi præscribenti, non enim habuisse videtur respectum acquirendi partem, sed totum propter vnitatem subiecti: & ita ex illo text. iuxta prædictam lecturam communiter approbatam hanc opinionem in terminis tenuit ibi Abb. in 2. lectur. idem Abbas cons. 71. num. 2. vers. secundo principaliter, in 2. par. consilior. & Paul. Paris. cons. 73. num. 12. cum sequentibus, lib. 4. Felin. in c. auditis, num. 19. de præscript. Nicolaus Malis in suo repertorio, verb. decima, versicul. antepenult. Franc. Balb. de præscript. 2. parte princip. q. 2. num. 18. cum sequentibus, vol. 8. Covar. lib. 1. variat. resolution. cap. 17. num. 13. Burgos de Paz cons. 50. num. 12. cum seqq. vbi alios allegat Arzob. in l. 2. num. 9. tit. 5. lib. 1. Noua Collect. Reg. Pertus Rebuff. de decim. d. q. 14. num. 14. vbi & in n. 18.

85 quod si quis possederit & præscripserit decimas iu-

menti in tali parochia, si seminetur ibi milium, vel sercus, vel herba ad tingendum comoda, quam vulgus Pastel vocat vel aliud, is decimas illorum quæ de nouo ibi seruantur, habebit, secundum Hostiens. in c. tua, in fin. & Ancharan. in d. c. cum contingat, in fi. de decim. est communis secundum D. Cou. in præst. quæstio. c. 37. n. 5. in princ. quia in dubio decimæ præscriptio est realis censenda, id est terram concernens, non speciem fructuum perceptorum, teste Ancharan. in dicit. cap. cum in tua, ampliat Rebuff. ibidem num. 19. si de nouo plantentur nuges, vel vitæ in vno prædio in quo quis præscripserit decimam, eo enim casu etiam habebit decimam ex illis arboribus de nouo plantatis, hoc est, de fructibus illarum, per text. in dicit. cap. cum in tua, vbi communitet Doctores; Nam præscribens in certa terra decimam, videtur quod omnes illius terræ fructus præscripsisse: ideo si de nouo lapides extraherentur, de lapidibus decimam habebit, id est, de pretio, quo lapides venduntur, quia præscriptio extenditur ad particularitatem iuris apprehensi sub vno iure vniuersali, secundum Antonium de Butr. in dicit. cap. cum in tua, postquam enim prædium est vniuersale & vniuersale, ad speciem id est, partem iure vniuersali comprehendam, id est, in ipso prædio existenter, fiet præscriptionis extensio, ne vna eademque res diuerso iure censeatur, & quia ibi est possessio totius prædij, quamuis non fit possessio illius rei nunc ibidem seminata, tamen præscriptit decimam fructuum illius rei: Ergo & fructuum, quicumque producerentur, habebit decimam, vt rectè deducit Rebuff. d. num. 19. Inquit præterea videtur Rebuff. de decim. quæstion. 6. num. 35. quod is, qui solitus erat habere præscriptam decimam frumenti, si terra frumenti mutetur in vineam, eam habebit is de vino, & mutatio qualitatis non alterabit obligationem, nec ob id perdet suam decimam is, qui eam prius habebat, secundum Collect. & alios, quamuis alius haberet decimam vini, quod probatur in c. commissum, §. & sicut, de decim. per text. ibi: & sicut etiam t de pasuis olim decimæ persoluebantur, ita nunc de eisdem ad frugum fertilitatem translatis, decimas volumus abque diminutione persolui: quem text. bene ponderat in hoc D. Azcu. in l. 2. num. 8. tit. 5. lib. 1. Noua Collect. Regie, vbi n. 4. cum seqq. latè ex pluribus probat, quod si licet de vinea decimabili vni ecclēsiæ fiat castanetum, aliaue arbores fructifera plantentur aut nascantur, ex quibus aliàs regulariter de consuetudine vel præscriptione decimæ deberentur alteri ecclēsiæ vel Episcopo, debetur nihilominus decima castanei & cæterarum arborum illi ecclēsiæ, cui antea decima vineæ debebatur: Potest enim dominus fundi etiam cum t contractu curati vineam in agrum arabilem mutare, vel econtra, nec curatus poterit se opponere, quando hoc fit: Quandoquidem decima fructuum nonorum eisdem soluenda est, qui & antiquorum eiusdem fundi, vt probat ac conuincit videtur ex d. c. commissum, §. & sic, & ibi hoc concludunt DD. & Hostiens. in summ. de decim. §. & vtrum, vers. decimo, & Rebuff. de decim. d. quæst. 6. num. 35. Covar. in præst. quæst. c. 37. num. 5. in princ. & denique D. Azcu. vbi supra, num. 5.

86 Ex quibus infertur, quod qui præscripserit decimas in vna parte fundi, & postea fiat noualis in alia parte fundi, is, qui in parte præscripsit decimas, & in hac nouali eas habebit, præscriptio enim partis indiuisibilis ad totum extenditur ratione indiuidij, quia est vnum prædium, & vna res non debet diuerso iure censi, vt in d. cap. cum in tua, & in l. in eum qui ades, ff. de vsucap. cap. cognominis, l. 2. q. 2. & alibi, & in terminis huius illationis ita post Abb. cons. 71. tenet Felin. d. c. auditis, n. 19. & Rebuff. d. q. 14. n. 20. Allegans eam tenentes